

Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiae, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CLXVIII. Romana fideicommissi de Marganis. An gravatus
fideicommisso possit bona fideicommissaria permutare cum se ipso, & alia
æque idomea subrogare; Et incidenter, an ratio conservationis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

ROMANA
FIDEICOMMISSI
DE MARGANIS

PRO

FRANCISCO & MAURITIO
DE ASTE.

CVM

HOSPITALIBUS S. JACOBI
Incurabilium, S. Salvatoris ad Sancta
Sanctorum & Consola-
tionis.

Casus resolutus per A.C. pro illū de Aste.

An gravatus fideicommissio possit bona
fideicommissaria permutare cum
se ipso, & alia æquidonea subrogare;
Et incidenter, an ratio conserva-
tionis bonorum in familia adjecta
prohibitioni alienationis vel alteri
dispositioni, an sit apta restringere
præcedens fideicommissum restitu-
torum ad favorem omnium de-
scendentium indefinite ordinatum,
ita ut non nisi agnatis conve-
niat.

SUMMARIUM.

- 1 F Adi series.
- 2 Permutatio non est de alienationibus prohibiti.
- 3 Cauteia juxta quam fideicommissarius relevetur ab o-
nere reficiendi melioramenta, & meliorans non
damnicetar.
- 4 Quando ratio ampliet vel restringat fideicommissum.
- 5 De lata significacione verbī familia.
- 6 Fideicommissum particulare interpretandum ex uni-
versali.

DISC. CLII.

T Ullia Cervina, instituto hærede Fabio Margan-
no ex filia nepote, ei sine filiis, nepotibus, &
descendentibus decedenti substituit in domo sua
habitationis dicta tria Hospitalia, mandando di-
cam domum nunquam alienari posse, sed semper
remanere debere in familia filiorum, nopotum &
descendentium dicti Fabii; Cum autem idem Fa-
bius nuptui tradidisset Clarię filiam Jo. Bapti-
sta de Aste cum dote scutorum 13. mil. in quorum

solutionem dictam præsertim domum assignavit,
quam deinde Honuphrius & N. Fabii filii obtinuerunt declarari ab A. C. in eo statu estimatarū scura
4. m. spectare ad fideicommissum pro duabus ex-
tribus partibus, & sic pro scutis 2666. Sed cum tra-
etu temporis Franciscus Jo. Baptista & Clarię filius,
cui eadem domus in portionem obveneat, in
eadem ex affectione, quod ibi natales habue-
rit, conspicuum ædificium cum notabili sumptu
fecit 60. m. & ultra construxerit, cupiens illud ab
hujusmodi vinculo liberare, nec nos ob imminen-
tem cerram extinctionem familie Marganæ, de qua
solum superstes erat unus ex dictis fratribus Sacer-
dos & Religiosus professus, declarati facere fidei-
commissum à dicto Tullio ordinatum ad ipsum ac
Mauritium ex Carolo fratre nepotem, eorumque
descendentes pertinere in exclusionem dd. Hospi-
talium, quorum administratores & agentes immi-
nentem pertinentiam per mortem dicti Religiosi
jactaverant, Hinc propterea judicium instituit co-
ram A. C. per quod citatis dd. Hospitalium admini-
stratoribus petit utrumque declarari.

Pro dicto Francisco scribens, quatenus pertinet
ad primam petitionem super dicti ædificii liberatio-
ne, aliarumque domorum valoris supra narrati fe-
torum 2666. subrogationem, eam omnino justam
dicebam, ita ut incongrua videarentur dictorum Ad-
ministratorum opposicio. Tum quia inter prohibi-
tas alienationes bonorum fideicommissi non repe-
nitur permutatio, quories vel justa causa vel fidei-
commissi utilitas concurrat, nisi illa specialiter pro-
hibita sit ex congregis per Fusar. q. 30. Atque in præ-
senti satis justa causa concurrebat liberandi adeo
conspicuum ædificium ab hujusmodi onere ei om-
nino inadæquato, quod ita tendebat etiam in fidei-
commissi dictorum piorum locorum utilitatem,
quoniam post extintas ipsorum de Asti lineas, ve-
risimiliter per longissimum tempus duraturas, dum
utique numero fam prolem habebat, ferè impossibilis
redderetur probatio identitatis dictæ domus
solo penitus æquatæ, ita ut inexireabilem
litium anfractum pati cogerentur, cum ita certi
habeant corpus integrè pertinens ad fideicommissum.

Tum etiam quia, si de juris communis disposi-
tione juxta plurim opinionem, clariss. verò in Ur-
be ex Confit. 22. Gregorii XIII. pro Utb's ornat' ac
pro conspicuo adiuseo construendo licitum est ex-
ercere retractum coactivum, atque invitos domi-
nos compellere ad vendendas eorum domus vel
situs, quamvis essent piorum locorum, vel ad fidei-
commissa spectarent cum hac differentia, quod ubi
hujusmodi retractus exerceretur in bonis liberis pri-
vatorum, sufficit solvere pretium in pecunia, ubi
verò in bonis fideicommissariis vel ecclesiasticis seu
piorum locorum danda est altera res stabilis æqui-
valentis valoris, quae in præsenti offerebatur, ut plu-
ries ad materiam retractus sub tit. de servitribus,
hinc proinde multò magis cum te ipso id fieri
poterat.

Alia etiam efficaci ratione concurrente, quod ubi
in bonis fideicommissariis magna & satis nota-
bilia sunt melioramenta, ita ut facto casu fidei-
commissi, ferè impossibilis fideicommissario red-
datur illorum refectio, tunc Rota sæpius rationa-
biliter practicavit cogere gravatum seu possesso-
rem cum melioramentorum exceptione repellente
fideicommissarium ad solvendum huic in pecunia,
seu alia re æquivalenti valorem bonorum fideicom-
missariorum juxta statum antiquum non meliora-

tum, ut sibi practicatum habetur, præterim in Romana fideicom. de Spiritibus coram Bichio dec. 318 p. 9. rec. nam. 37. cum fgg.

Eo magis verisimili testatrix voluntate in idem accedente, cum ipsa ob affectionem erga propriam natalitiam domum principaliter respxisse videatur, & ad istius conservationem in ejus descendentalia, unde propterea satis probabile esse dicebam, quod multo magis gratum habuisse illam adeo notabiliter meliorari, atque ad formam insignis palatii reduci, in eodem ipsis sanguine & descendentalia verisimiliter durari, unde propterea ex pluribus, casus videbatur planus, quemque judex censuit juxta petita, decernendo, præserium quia scribentes in contrarium insistendo solū in regulis generalibus prohibita alienationis bonorum fideicommissi, ac super testatrix affectione nil deducebant consideratione dignum, quod dubitandi aniam præbere posset; Eo etiam ex hac parte considerato, quod ubi oppositio esset ex parte fideicommissariorum successivè vocatorum de sanguine & descendentalia testatoris, aliquam probabilitatem haberet oppositio, ex eo quod eorum magis interesset bona antiqua majorum conservari, & obtinere, ob illorum memoriam & nobilitatis conservationem, seu affectionem quam moderna subrogata, quæ rationes cessant in hujusmodi piis locis, quorum interesse est solum bursale, dum omnes domus habent conducticias, unde propterea nihil interest, eas in uno vel altero loco, seu unam vel alteram æquivalentem domum habere.

Aliqua major difficultas fuit circa alterum punctum, prætentibus dictis piis locis hoc particolare fideicommissum ordinatum non esse ad favorem universæ descendentalia testatrix, sed esse solum masculinum agnatitum in ultimo masculo de Marganis terminandum stante quod testatrix mandavit domum conservari debere in domo & familia filiorum ac descendentalium dicti Fabii, quam dispositionem seu rationem ute potest non accessoriè sed principaliter ordinatam, dicebat esse aptam ad efformandam novam voluntatem seu inducendum novum fideicommissum, juxta receptionem distinctionem, de qua in vulgato consil. Decii 636.

In contrarium dicebam stare veritatem, quem etiam eventus declaravit, cum ita pariter judicatum fuerit, quoniam hic non agebatur de fideicommisso implicito deducendo solum ex dicta ratione conservationis dictæ dormus in familia, quo casu non improbabiliter prætendi posset illud extendendum non esse ultra dictam rationem seu causam ejus productivam, sed aderat præcedens fideicommissum universale dupliciter clarum, Primum nempe quia positi erant in conditione omnes dicti Fabii filii nepotes & descendentalia in infinitum, qui propterea censembarunt omnes vocati ex Statuto Ubis, quod locum habet in omnibus, qui in conditione positi sunt etiam per vocabulum generale & collectivum descendentalia vel familiæ, ut sibi hoc sit. Et secundo quia aderat favore omnium prædictorum vocatio expressè dispositiva, nec dubitatur sub nomine generico filiorum, ne potum & descendentalium venire tam masculos quam feminas, potissimum ubi agitur de fideicommisso ordinato per feminam, ut in Romana seu Urbevetana successione 28. Ianuarii 1658. Albergato, de qua supra disc. 104.

Hoc igitur posito dicebam rationem occasione prohibitionis alienationis vel alia adiectam super conservationem bonorum in familia vel alio genere, reperiri quidem iure cautum, ut novum fideicom-

missum inducat, seu illud magis restringat ampliet ad personas sub dicta ratione compatis, non autem ut illud restringat vel constringat præterim præcedit dispositivum & expellit usq. ad dec. 228. Celsi, que videtur magistralis, & quia in præcedentibus ad intellectum d. conf. 20

Ideoque vel illud verbum familiæ significat in ea larga significatione, de qua Bart. & v. in l. finali C. de verb. signif. cum concord. per tract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 37. Tindal. in quæst. civil. cap. 138. num. 21. Rota dec. 103. nos. par. 6. recen. & latius ac particulariter sub ita deponentiis disc. 13. quod tamen mihi non videtur, quia in dispositionibus per ultimam voluntatem præterim fideicommissariis, ex communione loquendi sub hoc familiæ nomine non nisi agere seu casata demonstrata videtur, ut admittatur p. ximè allegato discr. 13 ac etiam quia testatrix nullo vocabulo familiæ usus est, sed addidit plures domus, quo casu planum est non nisi agere seu casata in proprio & vero sensu venit, quia supra in præcedentibus.

Vel melius, quod id intelligentius efficitur, seu prælativè, quod scilicet inter ipsius nepotes & descendentalia, conservatio esse debet eorum domo & familia, ut masculi stemma manderent, atque istæ earumque descendentalia, non subsidiariè vocata censerentur, atque hic intellectu videbatur omnino congruus, & conciliabili, contrarietas alias resulantibus exclusivus, & hanc videbatur veritas.

AUXIMANA

S E V

ANCONITANA

P R O

ANTONIO MARIA GALLO

C V M

ELEONORA FERRETTA
DE GALLIS,

Casus disputatus coram A. C. cum igne
exitu.

An in bonis gravati seu possessoribus deicommisi competat hypotheca ob alienationes bonorum leviter impleta onera sibi incumbenti. Et quatenus talis gravatus expedit se obligaverit ad onerum implementum, à quo tempore hypotheca defumenda sit, an felicità à die factar obligationis, vel à die contraventionis & non implementi,